

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma In funere Magnifici Universitatis Rostochiensis Rectoris Viri ... Dn.
Thomae Lindemann I.U.D. & professoris publici ...**

Rostochi[i]: Pedanus, 1632

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612>

Druck Freier  Zugang



Univers, Rostock
in
T. Lindemann.
Rostock. 1632.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770672612/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770672612/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770672612/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA

In funere

Magnifici Universitatis Rosto-
chiensis Rectoris

VIRI AMPLIIS CONSULTISS.
EXCELLENTISSIMI

DN.

THOMÆ LINDEMANNI

J. U. D. & professoris publici, Comitis
palatini Cæsarei, Reverendissimi Archi Epi-
scopi Bremensis, Illustrissimi Ducis Megapolitani
Adolphi Friderici, Illustrissimæ viduæ Cro-
nacæ, & aliorum principum
Consiliarij.


Propositorum

à



ROSTOCHI

Typeſ ſoachimi pedani Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXXII.





SENATUS UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS.



Nni sunt ducenti & tredecim, quando in hoc littore Balthico, & in hac ipsa civitate Rostochio, universitas hæc nostra fundata est. Ab eo tempore ad hunc ipsum diem, ejus fasces Rectores gesserunt, ordine sibi singulis semestribus succedentes, vel repetitis vicibus eas resumentes, ultra quadringenti. Ex his Quatuor, quantum quidem ex Academiæ Archivo cognoscere licet, toto illo ducentorum & tredecim annorum decursu, intra illud ipsum tempus, quo Universitati Rectores præfuerunt, ex terrestri hac schola in cœlestem translati sunt. Hos inter primus, *Dn. Albertus Mollerus* Theologiæ Doctor Anno 1530. ipso die Gregorij, vitam cum morte permutavit. Hunc insecurus est, *Dn. Laurentius Kirchorius*, J. U. D. & Prof. Quem Academia Anno 1580. Rectoratum sustinentem, morte sublatum luxit. Simile fatum ante annos undecim Academia nostra experta est, quando anno post Christum natum 1621. mense Junio *Dn. Eilhardum Lubinum* Theologiæ Doctorem & Prof. Caput & Rectorem suum amisit. His accessit Quartus *Dn. Thomas Lindemannus* J. Doctor & Prof.

A 2

sor,

sor, cui hodierno die, Justa, suo orbata præside, moe-
stissima persolvit Academia. Quem ut mors eandem
cum superioribus sustinentem dignitatem opprescit:
ita Ille nulli priorum, pietatis, Eruditionis, Candoris,
Eloquentiae, Industriæ laude, inferior fuit. Viro hoc,
qui ceu Athlas cœlum Academicum sustinebat, morte
subtracto, idem ruinam minitari videtur. Tu nos, ô
DEUS clemens respice: nutant omnia: nisi Tu fulcie-
ris, corruent.

Lucem, denatus hic noster Magnificus Rector, nunc cadaver, vitalém primūm *Hervordiae* aspexit in Civitate *Westphaliae*. Comitatus Ravensburgensis non ignobili: Anno Christi, 1575. pridie Michaëlis, Natus parentibus honestissimis & mediocris fortunæ *Henrico Lindemann* patre, & *Anna Kirchofia* matre: Quam ante annos aliquot, ex *VWestphalia* hue ad se evocatam honestissime habuit; eidem à *uniplaegiō τερπήσα* liberalissime persolvit; & fatis concedentem honorifice humari curavit. Parentes ab ineunte ætate filium hunc suum orthodoxæ religionis & pietatis præceptis imbuendum, & fidelibus præceptoribus privatis & publicis in scholâ patriâ erudiendum curarunt, quorum operâ & industriâ adjutus, proprioq; imprimis motu, & naturali inclinatione excitatus, indefesso labore, nocturno diurnoq; studio, eos in litteris humanioribus progressus fecit: ut Anno 1592. qui erat ætatis 17. in Academiam hanc Rostochianam, velut ad uberiorem studiorum & bonarum artium mercatum, alegaretur: In qua cum vix mensem exigisset, publicasq; lectio-nes philosophicas frequentasset: nec tamen ijs solis animum explere posset, disputationibus juridicis au-

f. ul-

scultans , Themidos amore flagrare cepit : invitante
eo potissimum Viro Consultissimo Johanne Origitio
JCo eximio : cuius ductu & monitu ad studium juris
animum serio applicuit ; Cum vero sumptus ad studio-
rum telam pertexendam non suppeterent, illiq; reli-
gio esset parentes gravare, occasionem eosdem , alijs
inserviendo , sublevandi quæsivit . Clarissimorumq;
& præcipuorum virorum liberis erudiendis præfectus
est . Cum Bernhardo & Henrico vero Wedenhofis Lube-
censib; quibus & ipse morum ac studiorum formator,
commendatione Amplissimi Viri Dn. Jacobi Bordingij
J. D. & Professoris & Cancellarij id temporis Mega-
politani, datus erat . Anno 1596 Argentinensem Aca-
demiam invisit ; ibidemq; triennium integrum substi-
tit ; quo completo in Brisgoam , Helvetiam & Bur-
gundiæ partem ; dehinc Galliam & Italiam cum præ-
dictis discipulis suis excurrit ; quæq; ibi notatu digna
fuerunt, in Itinerario propriâ manu consignavit . Ex
hoc itinere redux , salutatis primum in VVestphalia
matre, & consanguineis, ad primam studiorum suorum
nutriculam , Academiam hanc nostram se retulit . Hic
postquam in familiaritatem Dn. Bernhardi Scharfenber-
gij tunc temporis Protonotarij, paulo post ad Consu-
latum evesti, se virtute & egregijs animi dotibus insi-
nuasset ; in generum ab eo delectus est ; Qui ei filiam
stiam unicam Ursulam matrimoniali fœdere Anno 1605.
junxit . Eodem anno professio juridica ei & doctoralis
in insula delata, & in Academiæ concilium, & facultatē Ju-
ridicam adscitus fuit . Conjugium hoc uti pio & syn-
cero amore conjugali coeptum ; ita pacatum , tranquil-
lum juxta ac fœcundum exstitit ; ex quo sex librorum

pater factus est, Bernhardi primi: Henrici primi: Thomas:
Bernhardi secundi: Henrici secundi: & Agnetæ; Ex hisce
prioris duo, lucem quam vix aspicerant, reliquerunt;
filia itidem natu minima, nondum exactis pueritiae
annis fatis cessit. Reliqui tres adhuc superstites Musis
litant: & Thomas quidem S. S. Theologiae, Bernhardus
vero, qui præter lapsis diebus, cum Avunculo Dn. Ni-
colao Scharfenbergio J. U. D. & Reipub. Senatore specta-
tissimo legato patriæ, ad Reg: Maj: Sueciæ abiit, Juris
studio operam addixerunt; & non ita pridem ē VVit-
tenbergensi Academia domum à Patre revocati sunt.
Henr. adhuc humaniorib⁹ & Philosophicis disciplinis
detinetur. Anno 1614 Conjugem hanc Ursulam inter
amplexus & gemitus mariti, devotâ mente & constan-
ti in Christum fide exspirantem, JEHOVA in cœle-
stem patriam transtulit. Maritus ita dimidio cordis
orbatus, licet viduum torum premendo, reliquam
ætatis partem trāsigere, & turturis instar obitum com-
paris deflere constituisset; tot tamen tantasq; exper-
tus est rerum œconomicarum difficultates, ut de fidâ
vitæ socia sibi adsciscenda, secundisq; nuptijs cogi-
tationem instituere cogeretur. Divinâ sic ordinante
providentia, in amplexus ejus venit Anno 1616. le-
ctissima ac pudicissima Virgo Elisabetha Hania, Dn.
Bernhardi Hanij Civis olim apud nos primarij filia, &
Dn. Bartholomæi Clingij Juris Antecessoris eximij, &
Consiliarij Megapolitani celeberrimi, proneptis. Con-
jugium hocce priori nec dissimile, nec minus fœcun-
dum fuit. Stipersunt enim pignora carissima sex, nu-
mero totidem, quot prioris conjugij: filij qua-
tuor: Joachimus: Johannes Fridericus: Johannes David:

&

& Albertus filiæ duæ : Margaretha Elisabetha &
Agnete. Illa Slesvici in Holsatia, quo se ante an-
num, metu crescentis in patria tumultus bellici, patris
jussu contulerat, adhuc commoratur. Macarites hic
Noster, cum ejus pectus Themis & Candor, & os Sua-
da occupasset, Juris studia cum Juventutis commodo,
& Academiæ ornamento, quâ legendo quâ disputan-
do, diligenter per integros 27. annos urſit : & ad Di-
cen confugientibus candide jus dixit. Eadem illa
quibus insignis erat Judicij, eruditionis, eloquentiæ
dona effecerunt, ut & Aulæ principum, & Republicæ
aliquot, ipsius re qui siverint operas. Quem Reveren-
dissimus Archiepiscopus Bremenfis Dn. *Johannes Fri-
dericus* : Illustrissimi principes. Dn. *Adolphus Fridericus*
Dux Megapolitan⁹, Dominus noster Clementissim⁹,
Dn. *Augustinus* dux Lunæburgensis : Illustrissimæ prin-
cipes viduæ, Croviacæ, & Loitzensis, inter consiliari-
os suos numerarunt, & Respub. Rostochiensis Syndi-
catus dignitate ornavit. Viri hujus eximij & deside-
ratissimi vita, uti fuit innocens, pia & mansueta, ita ex-
optato & placido quoq; terminata est exitu. Cum fe-
bri enim quartanâ ultra semestre spaciū graviter col-
luctatus, ita tamen ut diebus intermittentibus, nego-
tia sua aliquandiu expedire potuerit ; paulatim tamen
deficientibus viribus, quippe paucō, interdum nullo
cibo refectis, pridie Kalendarum Martij pejus habere
cepit ; & ingens virium deliquum & respirandi diffi-
cultatem sensit : quo ipso die, acersito ad se animæ me-
dico & confessionario, peccata confessus, ab ijs abso-
lutus, & corpore & sanguine Christi Salvatoris sui pa-
etus

stus est; ita ut ad excipiendum libenti animo, summi Imperatoris voluntatem omnibus momentis paratus esset. Quamvis autem spes semper fuerit virium restitutionis: vis morbi tamen ita invaluit; ut omnem adhibitam Medicinam eluserit; & 14. Martij post octavam matutinam, postquam sacerdotes Davidicum illud consolationis plenissimum dictum iterasset: Conjurare curas tuas in Dominum, & spera in eum: Ipse faciet: in dextrum latus se, velut somno compositurus, conciisset, amicisq; & liberis circumstantibus, Vale ultimum protensâ manu innuisset, spiritum vitalem intercluserit, & è ruinoso hospitio corporis, quod 57. ann. tanquam generosus hospes incoluerat, ad sedem suam cœlestem evocarit. Nihil restat, quam ut corporis exuviae in dormitorium reponantur. Fiet id hodie ad mediam primam in templo divæ Mariæ. Quid vestri officij sit Cives Academici ipsi scitis. Frequentes ite exequias. Debetis hoc officium Capiti vestro: debetis Collegæ, fautori, præceptoris: Debetis amplissimæ familie Clingianæ, octavo hoc vulnere intra paucos proximos menses graviter lacinatae. Imperat hoc vobis æquitas, & communis, quæ vobis est cum Macarite hoc nostro, moriendi necessitas. Nulli dubitamus, quin singuli id facturi sint, quod eos decet. Id ut faciant, rogamus, monemus, hortamur. P. P, sub sigillo Academiæ 19. Martij Anno 1632.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770672612/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770672612/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612/phys_0014)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770672612/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn770672612/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770672612/phys_0016)



scultans, Themidos amore flagrare cepit: eo potissimum Viro Consultissimo *Johann JCto eximio*: cuius ductu & monitu ad studium ferio applicuit; Cum vero sumptus arum telam pertexendam non suppeterent, illo esset parentes gravare, occasionem eosdem inserviendo, sublevandi quæsivit: Clarissim & præcipuorum virorum liberis erudiendis p[ro]est. Cum *Bernardo & Henrico vero Wedenho*censib[us], quibus & ipse morum ac studiorum commendatione Amplissimi Viri *Dn. Jacobi J. D.* & Professoris & Cancellarij id temporis politani, datus erat. Anno 1596 Argentinendemiam invisit; ibidemque triennium integravit; quo completo in Brisgoam, Helvetianagundiæ partem; dehinc Galliam & Italiam dictis discipulis suis excurrerit; quæque ibi notauerunt, in Itinerario propriâ manu consignaverunt, hoc itinere redux, salutatis primum in VVmatre, & consanguineis, ad primam studiorum nutriculam, Academiam hanc nostram se retinquam postquam in familiaritatem *Dn. Bernhardi Sagij* tunc temporis Protonotarii, paulo post alatum evecti, se virtute & egregijs animi donuasset; in generum ab eo delectus est; Quam unicam *Ursulam* matrimoniali foedere A junxit. Eodem anno professio juridica ei & insula delata, & in Academiac concilium, & faridicam adscitus fuit. Conjugium hoc uti per cero amore conjugali coepit; ita pacatum lum juxta ac fœcundum exstitit; ex quo sex

A. 3.

